

# FRIDERICI SECUNDI

ROMANORUM IMPERATORIS, JERUSALEM  
ET SICILIAE REGIS

## HISTORIA DIPLOMATICA.

---

ANNO 1220. — INDICTIONE 9.

---

Fridericus rex . . . . . cum consorte sua Constantia in principis Apostolorum basilica mense novembri in festo beatae Ceciliae magnifice satis cum omnium Romanorum gratia et honore (1) sunt imperiali diademate insigniti. Quorum coronationi Stephanus Cassinensis abbas necnon comes Rogerius de Aquila, comes Jacobus de Sancto Severino, comes Richardus de Celano et nonnulli de regno barones interfuerunt, occurrentes ipsi imperatori ut ipsius sibi gratiam compararent (2); eidemque dederunt liberaliter dextrarios

Romae,  
in basilica  
Sancti Petri,  
23 novembris.

---

(1) « Fridericus rex tendens in Siciliam papam per manum validam Romam introduxit jam » ab ea per septem menses exclusum, a quo in imperatorem consecratus in octava Sancti Martini Romanos eidem reconciliavit. » ALBERICI, *Chronic.* ad ann. 1220. Dicit autem Reinerus Leodiensis : « [Fridericum] Romani plus timore quam amore cum magna gloria et tri- » pudio pacifice susceperunt. »

(2) Qua severitate erga barones regni imperator usus fuerit tam ex Riccardo de S. Germano *passim* quam ex Conrado Urspergensis, p. 245, et anonymo Saxon. (ap. MENCKEN, III, 421) comperimus. Addendum autem duximus hoc fragmentum ineditum e Cod. 8346 Biblioth.

quos habebant : quos redeuntibus in Alemanniam Theutonicis ipse largitus est imperator (1). . . . . Tunc ipse imperator per manus Ostiensis episcopi qui postmodum in papam Gregorium est promotus, resumpsit crucem, votum publice innovavit, multosque qui intererant nobiles idem facere animavit. RICCARD. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

Romae,  
in basilica  
Sancti Petri,  
22 novembria.

Fridericus secundus, Romanorum imperator, constitutionem generalem publicat et ab omnibus jubet observari qua vetat ne quis contra privilegia ecclesiastica attemperare praesumat, haereticos omnes proscribit et haereticorum fautores, personas et bona naufragantium et advenarum tuetur, atque agricultores cum instrumentis eorum rusticis contra invasores protegit.

(Edit. ap. PRATZ, *Monum. Germ. histor.*, t. IV, p. 243-245, ex regest. Honorii in tabul. Vatic. vol. III, fol. 95-96, ann. V, num. 483, ubi in margine codicis hæc leguntur : *Diligens diligenter nota. Hec est nova sanctio Friderici secundi*

Paris., f. 389 verso : « En tant comme il estoit a Rome il envoia ses messages en Puille et a » plusieurs des haus homes dou regne et ses letres. Ne de tous ceux dou regne ne vint a lui » nul riche home fors le conte Berart Gentil qui estoit quens de Conversan. Celui ala a lui a » Rome moult richement et a grant compaignie. Et en sa route se mirent chastelains, va- » vassours, et tant que il furent o lui bien CCC chevaliers. Et poi valut ce service et ceste » honor ; car tout ausi le desireta li empereres comme il fist les autres. Et ensi fist tous ceus » dou regne igaus amis et anemis ; car tuit furent desirete. Li quens Macé d'Alesne (?) ne » les vault atendre, ains atorna VIII galies et se mist ens a tout grant avoir et bele compaignie » et s'en ala en l'ost devant Damiete ou il fu longuement et richement. Li quens Reniers qui » grant terre tenoit en Cesile se mist en sa merci. Il le fist vestir de plonc et metre en prison » ou il morut. » Cf. *Contin. Guill. Tyr.*, p. 392, edit. Guizot.

(1) « Et ipsa die [coronationis] multa munera equorum fere ad duo millia de Apulia et de » Sicilia et de Calabria et aliis terris ei subjectis sunt missa, de quibus eodem die plus quam » sexcenta donavit. » REINER. LEOD., ap. BOEHMER, *Fontes*, II, 386.